


**Lachrymae In luctuosissimum Obitum Viri ... Dn. Ernesti Cothmanni ...
Reverendissimi ... Dn. Ioannis Alberti, Coadiutoris Episcopatus Razeburgensis ...
nec non Academiae Rostochiensis Professoris primarii ac Facultatis Iuridicae
Senioris emeriti. Dn. Praeceptoris, ac patroni desideratissimi XVIII. April. defuncti,
Supremi honoris & officii gratia Fusae a Popularibus Lemgoviensibus
moestissimis**

Rostochi[i]: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746959826>

Druck Freier  Zugang





Vol. 241. (2.) <SON>

10
LACHRYMÆ
In luctuosissimum Obitum

VIRI
*Magnifici, Amplissimi, Clarissimi
& Consultiss.*

DN.

ERNESTI
COTHMANNI,

Germaniæ Jcti celeberrimi, Reveren-
dissimi, Illustrissimi & Celsissimi Principis ac Domini,
Dn. JOANNIS ALBERTI, Coadjutoris Episcopatus
Razeburgensis, Ducis Megapolensium &c. CANCELLARI
ut CONSILIARII gravissimi, nec non ACADEMIÆ
ROSTOCHIENSIS Professoris primarij ac
Facultatis JURIDICÆ Senioris
emeriti.

Dn. Præceptoris, ac patroni desideratissimi

XVIII. April. defuncti,

Supremi honoris & officij gratiâ

Fulz

à

Popularibus Lemgoviensibus
mœstissimis.

ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.
ANNO M. DC. XXIV.



Uæ subita est isthæc rerum mutatio? Quidnam

Mente Jehova fovet? Sic cecidisse viros!
Auditu miserum! Vix aufugit altera & una
Hebdomas; Heu sacro vulnera facta
choro!

Thejologúm Antistes quo concidit inclytus, ortus
AFFELMANNIACO stemmate: Vulnus acre!
Nunc propero sequitur gressu COTHMANNUS is alter
BALDUS, Juridico funera datq; polo.
Funera Westphaliæ; dat funera tristia Varni
Mussis; Teutonico funera acerba sólo.
Quo magè fama fuit celsa, hoc magè funera moesta:
Templa suum plorent: Curia plange tuum.
Ast abeat corpus, sed scripta animæq; vigeant
Illa sólo, hæve polo, dum manet ulla dies.

Macenati suo lugens fundebat

JOHANNES Körentorff
Lemgoiâ Westph.



ERgone perpetuò tot stertibus addere stertus
Semper erit nobis proprium, semperq; recurret
In luctu luctus, nec, cum mœrentia squallent
Corda dolore, novi deerit nova causa doloris!
Vix tum compositum corpus partesq; relictas
AFFELMANNE tuas ab agri pectore toto
Extulimus, vix tum complevimus aëra questu,
Cum subito mors plura parat, cum pallida cogit
Ire iterum in lacrymas, iterum ingeminare querellam,
Hei! COTHMANNIACOS CINERES, hei! flebile bustum
Inspectare jubens, & raptos plangere vultus.
O dolor! o plangtus! o lamentabile fatum!

Quis

Qua, Superi, qua tanta animo inclementia sedit?
 Aut quenam invidia est? unâ consumere plagâ
 Curam omnem, atq; omnes unâ damnare ruinâ!
 Certè equidem non sunt privati hoc funere questus!
 Publica cura perit! parentis PRINCIPIS Aula
 Funestata nimis, miserando vulnere quassa
 Nostra Schola, & totus plangit quin insuper orbis:
 Orbis Doctorem, Jubar Aula, Academia Patrem.
 Tuq; ô imprimis lacrymarum hac flumine desce
 Infelix PATRIA & non uno perdita casu,
 LEMGOVIUM. Nempe ab abiit decus unicum & unum
 Quo cunctas inter Nato ibas amula gentes
 Nempe abiit, nostrasq; orbavit lumine terras,
 Nilq; sui præter miserum MEMINISSE reliquit:
 A Patria; & fata hæc lacrymarum flumine desce.
 Quid tamen hoc desiderium, quid vana cupido
 Et toties auditum, Eheu, lamentaq; profunt?
 Non lacryma, non ulla potest revocare querella
 Extinctos: Superanda omnis fortuna ferendo est.
 Quin nunc ille obitu vivit, temnitq; relicta,
 Miraturq; novum mundum novus incola, dum nos
 Felices manes magnâ ter voce vocamus,
 Perpetuisq; adeo lacrymis, semperq; dolore
 Vexamur, donec similis nos hora docebit,
 Parq; dies fatale expensum reddere celo.

Anagram.

ERNESTUS COTMANUS JURISCONSULTUS.

(s in c converso)

SOL JURIS MORTUUS: CUNCTA SENESCUNT.

MORTUUS est JURIS SOL: Hei! sic CUNCTA SENESCUNT,
 Nec stabile in toto permanet orbe decus.

Praeceptoris suo Magnif. Desideratis.
 debita observantia ergo inter suspiria
 conjiciebat & faciebat

BERNHARDUS Lüdelling
 Lemgoiâ-Westph.

A 2

Sobria

Sobria quos habitat ratio, properanter adeste,
Cernite, vis mortis quàm rabiosa fiet.
Cernite, quàm tristis generis fortuna sit hujus;
Spes hominum vana est vanaq; consilia.
Quem, rogo, non movit verè spectabile corpus?
Quis non ingenium sæpè stupebat ovans?
Lux erat insignis Themidis, fax flammea, splendor:
Egregius sobolis, Westphala terra, tuæ.
Sæpe triumphantem te tanto lumine quondam,
Vidimus, ô Henetum nobilis aula soli!
Heu! tantam lucem mortis rapuère profunda:
Umbræ; fax abijt tanta decusq; nitens.
At tua tela quidem tanto potuère nocere,
Heroi, mors: heu, corpora strata jacent!
Laus tamen illius tibi non succumbet, ad astra.
Surget, donec erunt templâ beata poli.
Tu bone Christe fave nobis, tu suscipe turbam,
Passam vulnus atrox hoc moriente viro.

*Condolens cognato suo observantissimo
dabat*

HENRICVS PLETTE
Lemgoiensis.

Quis contra est? Gentis Judex en Jova malignæ:
Advenit: Et nobis instinctu spiritus alta Eli. 3. v. 15.
Voce refert Vates. Qui sic? Num signa patefcent?
Eheu! quem latitat grandem quæ cuncta ruinam
Inclament cali moles, Terra, invida turba.
Assfundunt plures lacrymas magè tristia fata.

Fata

Fata ea Vate sacroprædicta jubente Jehovahs;
Nempe virum virtus ceder, flos atq; Potentum :
Tollitur iudex, vatesq; senesq; sagaces :
(Scilicet hæc hominum faciunt prædicere Vatem
Crimina) Judicij certissima signa futuri.
Atq; ea nunc præsto. Nescis? Vix aufugit unius
Mensis, quo cecidit Vates, quem terra colebat
Christicolam: catuq; sacri plus firma columna :
AFFELMANNVS erat: Proh Mors quam plena querelis!
Ilicet atra dies surgit, quæ tollitur, Eheu!
Judicij præses justus Seniorq; sagacis
Ingenij: Heu populo cui talia Jova minatur.
Is vir COTHMANNVS, quem Teutona rura stupebant;
Quem Mecklenburgum plorat sibi lumen ademptam
Consilij; sobolem quem plangit Westphala terra
Ereptum; Varni quem lugent jura columnam.
Hæc jacet! Heu lacrymis quis temperet? Ora madescant
Cui non atq; fluant? Abit irreparabile lumen.
Ille Polo fruitur. Lector tu signa parati
Judicij expendas, veniet, tibi prospice, Iudex

Ad *συνταθείων* animi contestandam
faciebar

CONRADUS JOACHIMUS Drepper
Lemgovia • Westph.



ERNESTUS COTHMAN J. D.

anagramma.

DUM, AH! TRISTE, NOCENS;

Heu! quid agam, dubito, nequeo compescere linguam,
Nectamen ore sinit fundere multa labor.


A 3

Quan-

Quantos percipio tacito sub pectore luctus,
Cogito cum rabiem, mors truculenta, tuam!
DUM feris ense viros, patulus queis niritur orbis
AH! vulnus nimium TRISTE NOCENSq; facis
Spargere quid pergam laehrymas? cum mittis ad umbras
Splendentes tanto laudis honore viros;
Cui tua falx parceret? dum tantis tanta minaris
Abjectis quis te parcere posse putat?

*Mastus fundebat cognato suo
desideratissimo*

HENRICVS Florck
Lemgoviã Westph.



EVigiles, tempus prestò est, studiosa juvenis,
Lumina securus nec premat uq; sopor.
Josua terreno meditans discedere cætu,
Ecce viam terra, clamat, ingredior.
Advertas animum, mibi semita mortis amara
Conculcanda venit, quã vehar ad patriam.
Nec mibi frangendi leges vis, jura potestas,
Fœdera nec valeo solvere justa Dei.
Terminus è cælo, cunctis præfixus ad instat
Auribus intonuit vox veneranda meis.
Completus mensis numerus, decreta Jehova
Consilio vitæ meta peracta brevis.
Non mibi rima datur scopulos evadere mortis,
Nec vivens, vates dixit, abire potest
Quid gemitus igitur, masto quid pectore fletus
Tollit? incipio vivere non pereco.

Ergo

Ergo vale dilecta mihi sobolesq; marita
Dum vixi, vitam mors morientis habet.
Promotus divam celestis doctor ad aulam
Principis, expectant gaudia mille virum.

Condolentia ergo apponeb.

MARTINUS Höpingk
Lemg. Westph.



Q uo genus humanum, morte cruentâ Accelerante cito, quaeso manebit? Quae lota tuta petet, quaeq; videbit? Nunc equidem penitus, quò rema- nebit nil tutum in toto permanet orbe: Nam Lethi totum permeat orbem, Atq; secat servâ singula falce; Nil est tam Herculeum; Samso- niumq; Lethum quod nequeat, perdere telis morbiferis subito, tum penetrare. Cornibus haud potuit, Taurus agrestis prælia serva minans pellere nigrâ, de pullis mortem, nec Leo torvus Fulmineusq; suos nec Lea valde immanis sua, ore fremente, ungue ac terribili, morte feroci adproperante potest rite tueri. Non mortem remouet dextera fortis non illam reprimit servida virtus	non pietatis Amor, non quoq; cultus sedulus atq; pius Religionis. Non parcit juveni, mors trucu- lenta, atq; seni tremulo parcere nescit: Nil sacras Artes, nilq; libellos doctos, nilq; novem Numina nostra clara Deas claras mors atra curat. Deniq; nemo potest flectere Le- thum, Nec lethi effugere tela cruenta; Coguntur siquidem, jugiter omnes, (Quotquot nunc vivunt) dives inopsq; Impius atq; pius, tum quoq; jure doctus & indoctus morte perire. Quod simul expertus vir modò clarus Doctor Cothmannus, qui quoq; surdâ atrâ ac Luthificâ morte peremptus. Si vacat huc propera Phœbe ce- lebris Pieridumq; pater plange & acerbe; dum
--	--

*Canimus clari tumq; celebris
Cothmanni exequias jure dolore,*

*Mesticiâ plenas atq; refertas;
Si vacat huc propera tumq; sororum
Calliopea novem concornit ante,
Turbâ bellarum, plange & acerbè,
solve rogis summis debita justa;
dum canimus clari tumq; celebris
Cothmanni exequias jure dolore*

griffitiâ plenas atq; refertas.

*Plangite castalides (si vacat) atq;
dilacerate comas, tumq; sacrate
Phœbe modos querulos concine
quaso;*

*dum canimus clari tumq; celebris
Cothmanni exequias jure molestas.*

*Hic quia seu spectes candida
corda*

*seu mores bellos Auricomosq;
seu clarumq; sagax ingeniumq;
Ante alios meritò nomine claros
dignus erat vitâ Nestoris amplâ.*

*Non huic Ambitio ceca & inanis
possedit, nec Amor turpis habentis
ullus vexavit, nec fuit unquam
mens ejus technis apta dolosis:*

*osor erat fraudis Grandiloquidq;
contemptor fastus, tū quoq; summa
simplicitatis amans, ô decus ingens.*


*Hunc Amor assiduus Religionis
torquebat pura, tū pietatis
angebatur vera strenua cura;
Templa sacra petens vota precibusq;
fundebat Domino cunctipotentis
jura dabat populo Rostochiano
Ac simul externo non sine laude:
Unde etiam scandit culmina caeli
Astrigere subito tumq; beati.*

*Hinc merito clari tumq; celebris
Cothmanni canimus jure refertas
laticia exequias, ô decus ingens!
Hinc quoq; Pierides nunc gemebun-
dos*

*ssite vos fletus, tum quoq; mestos
ssito Phœbe modos; hic quia vivis
Insuper à Domini sede beatus.*

adponebat mestus

JACOBUS Neubauer Lemgovienſis
S.S. Theol. stud.



Eheu quid referam! nihil est nisi multa querela.
Et lachrymæ, & gemitus tristis in urbe sonat.
Ille fuit quondam, qui multo clarus honore,
Consilioq; potens, concidit ante diem.

Vin-

Vincere quem potuit capere & sapientia nulla.
ERNESTUM COTHMAN, nunc capit urna brevis
Nunc ubi dic virtus, ubi nunc prudentia diva.
Et juris, toto quod micat orbe, decus
Namq; AFFELMANNUM gressu nimis ipse fugaci
Insequitur, dolor est hosce perire viros.
Tristetur merito nunc nostra Academia LUMEN
Tristetur merito Westphala terra vitum.
Siste Deus petimus, tales auferre, benigne,
Atq; hos, qui restant fac superesse diu.

*Sincera condolentia contestandae causae
apponebat*

ALBERTVS THEODORVS TOPP.
Lemg. Westph.



A Nte dies paucos vidi duo lumina magna,
Quae subito rapuit mors truculenta nimis.
AFFELMANNUS obit primum, quem rite sequutus
COTHMANNUS noster: Lumina Westphaliae
Lumina, qui viri nostriq; fuerunt Lycæi
Hos subito rapuit mors truculenta nimis
Plangito Meckelburg tu plangito Westphala terra
Plangito Susatum, plangito Lemgovia
COTHMANNORUM plange tribus, tua gloria faxq;
Et Senior nostri Stemmatibus ben perijt!

B

Sol

Sol legum cecidit, cecidit nunc Papinianus
Alter, qui verè dicitur, abgemitus!
Hunc igitur luget Germanus & Italus omnis
Hunc luget Gallus Justitia Vigilem
Rostochium hunc luget, lugetq; Academia nostra
Cui fuit hic columnen, gloria faxq; decus.

Observantia ac summa condolentia attestanda ergo
Dn. Agnato ac Mæcenati suo maximo
lachrymabundus apponebat

JOHANNES COTHMAN.
Lemgovienfis.



Cum nuper placidam carpebant membra quietem,
Tempore quo nigros Luna regebat equos:
Luna ea quæ quartum reliquas post ordine gressum
Servat, & Aprilis nomine dicta fuit.
Horrenda in somnis mihi visa & tristis imago,
Ingentem pugnam cæde rubente ferens.
Prorumpit celeri, furis fors missus ab Orco,
Virgressu, sternens cuncta furentem manibus
Falce armatus erat, nigris adoperta tenebris
Frons, oculi ardentes, ore venena vomens.
Hic postquam immitti pervuperat omnia falce
Auribus obstructis obvia quæq; metens.
Idem heu fortè Virum, famâ super aethera notum,
Artes cui dederat docta Minerva suas.

Invenit,

Invenit, & solito mittit sua fulmina morsu,
Membraq; falce secans funera saeva parat.
Extremò exoritur fremitu perterrita turba,
Infanda cædis, funera facta dolens:
Tu quis es, exclamans, an parcere nescius ulli
Prosternens cunctos? nil retrahitne manum.
An nescis hujus quanta excellentia, quanta
Virtus, quamq; patent lausq; decusq; Viri?
Non, ait, huic nostra sunt cuncta obnoxia falci
Jure pari, expertem nec dabis orbe Virum.
Hunc modò, mox alios, Codrum Crasumq; nec unquam
Rex Princepsq; fuit tutus, adinsto, neco.
Protenus adductis Viduà cum prole Maritâ
Prosapiâq; Viri funera mæsta patent:
Prima columna domus jacet heu! sic clamor ad alta
Funereo quæstu, tectâq; quassa crepant.
Omnia dumq; sonant plangentum impleta querebis
Deturbor somnis, membra soluta jacent.
Corripio è stratis corpus, caput erigo visum
Quid mihi visa velint, sydera triste dabans:
Ecce velut celeri volutans it fama per Urbem
Pennâ, & COTHMANNI tristia fatare refero
ERNESTI MAGNI mæstissima funera, proh, proh!
Quem MORS immitti falce secarat atrox!
Hem quid inaudio! proh quid inaudio! fortis is ille
Justitia Victor? Victus is ille jacet?
Qui toties palmam tulerat, tot stragibus hostes
Justitia infensos straverat, ille jacet?
O MORS quanta tui est, quanta inclementia regni!
Plangite terra, homines, Curia, plange domus!


Plangite

Plangite Varniades vestra (heu!) summa columna
Nunc cecidit Masa, juridici namq. decus!
Mecklenburgiacum plangat pernobile germen,
Cujus consilij prima corona perit.
Tu quoq. Westphalia heu surreptum plange nepotem,
Aufugit hem fama gloria magna tua!
Indua tristitia pallam tu Teutona tellus
Occidit ingenium quot tua jura micant!
Sed medijs veniens pater astat Neccarus undis
Tristia qui fluidis ora rigarat aqua:
Sistite, ait, planctum, hic vester ad astra meavit
Hic ex arumnis, regna beata tenens,

Gemebundus approperebat

JOHANNES Drepper
Lemg.-Westph.





temporis DEO mirabiliter dirigetam, Patriam suam Helvetiam, Prælinquens in Romanum imperium. Sincerum verbum DEI progerminat vir juvenis, Linguarum, Historiarum, (cujus amore cum primis flagrabat) incubuit, ita ut Imperator Carolus Poetica, in quibus inter alia egregiæ descripsit, non sine singulari assistante Cæsaris documento) legit, ac reâ, quæ tum magna erat dignitas, occasione stemma Nobile Fidlerianum Album Nobilium Romani Imperii, & ultra, pro placito Cæsareo cooptatam utriusq; sexus derivandum, prærenovavit. Huncq; meum prænolicem Fidlerum ob singularem eruditæ ingenij & animi Heroici dotes, probuit. Hac Nobilitate quamvis non gratiâ Domini mei Jesu Christi, immo menter mihi immerito concessâ: Tæpudet, sed magis me nobilitare curavit. S. S. Ministerium, ad quod Dominus ministerium suum destinavit. Hæc summa dignitas, omnes humanas dignitates superans.

Natus autem sum Ego CONSULUS, Dantisci Anno 1579. 6. Martina Patre VALERIO FIDLERO, quondam Ducis Prussie Archiepiscopi Alberti Friderici Consiliario, Margrave præclaræ Familie, & insignium

A 2

173
mê detestios deriam, ubi venit, ceu & Poëse diligenter opera, Germanate (teltrò laurit, & hac cum, ad centum posteritatem Cæsareo vum Fæclaroario habesed solâ erio clejus non ogiam & avit, & as: hæc onorum
IS FID-
tâ matu-
e Docto-
ij Ducis,
ob Herm-
Matronâ,
quæ

